Venio nunc iudices ad primam partem: & primã sup u positionem. Rhetoricam uidelicet esse artem pra cticam. Nam magna differentia est: utrum practica: an speculatiua sit ars ad rationem finis cognoscendi. Rheto ricam itaque esse scientiam practicam: monstro primum ra tione: deinde autoritate. Ratione sic. Aristotiles secundo me taphisicæ diuidens philosophiam in duas partes theoricam: & practicam: theoricæ dat finem uerum: practicæ autem o pus. Marcus tullius Cicero item: diuidens uirtutes in duas partes: ex altera dat prudentiam: & sapientiam: dicens esse uirtutes speculatiuas & uersari circa disquisitionem ueri. Ex altera dat iustitiam: liberalitatem: fortitudinem: modestiã & reliquas dicens esse uirtutes practicas & uersari circa ope rationes: quibus conseruatur societas humana. Igitur si rhe torica tendit ad opus: & uersatur circa illas operationes: quî bus gubernatur ciuitas est practica: nulli dubium. Sed eã agere hæc: monstro hoc modo. Dicere rhetoricum teste bo etio primo Topicorum: & Aristotile rhetoricorum est quod dam genus: quod diuiditur in tres species: complectentes totam rhetoticam. Deliberatiuam: Iudicialem: & Demõ stratiuam. Hæ species testibus hisdem Aristotile & Boetio differũt fine. Nã deliberatiua tẽdit ad utile. Iudicialis ad iu stũ ad pulchrũ demonstratua Sed utile: iustũ: & pulchrũ sũt opera quedã ciuilia: quibꝰ gubernatur societas hũana: & rhe

torica nihil aliud q̃ hæc agit ergo ē practica. Ad idē. Vidēus oculis iudices: & tāgius manu. Rhetoricā i senatu cōsultare: i for o āt strepere cās i utroque laudare & uituperare. Sed hæc sunt negocia: & operationes practicæ: quibus gubernatur ci uitas: ergo rhetorica est practica. Habetis iudices rhetori cam esse practicā ratione: uenio nunc ad autoritates. Ariisto tiles primo ethicorum de laudibus ciuilis scientiæ: philoso phiæ practicæ: dicit. Rhetoricam esse practicam his uerbis Ciuilis scientia magna est: habet enim sub se dignissimas fa cultates. Economicam. remmilitarem: atque rhetoricā. Mar cus tullius cicero autem primo rhetoricorum de ea idem in quit. Ciuilis quædam ratio est: quæ multis & magnis rebꝫ constat. Eius ampla pars est artificiosa eloquentia: quam rhe toricam uocant. Ipse etiam. M. fabius Quintilianus secundo institutionum oratoriarum de uniuersali artium diuisione inter artes reales practicas rhetoricam locat. Habetis iu dices rhetoricam esse scientiam practicam: tum ratione: tum maximorū uirorū autoritate. Véio nūc ad alterū præmissū

Secundum premissum.

Quoniam quæstio est: uersaturque inter hæc duo. Vtrū horum sit cuiꝫ gratia rhetoricæ persuasio ne: an bene dicere: utrunque est mihi describendum: Sed prius be nedicere: deinde persuasio. Rhetorica diuiditur in quinque partes. Inuentionem: dispositionem: elocutionem: memoriā: & pronuntiationem. Rursus inuentio consumitur partibus sex: quibus constituitur oratio: qua agitur causa: uidelicet: ex ordio: naratione: diuisione: confimatione: confutatione: & cō clusione. Et de primis partibus: & de secundis sunt in rheto ricis ampli multorum preceptotum tractatus. Ergo benedi cere est nihil aliud: q̃ dicere secundum uirtutes artis: id est re cte inuenire secundum precepta rhotoricæ inueniendi: recte disponere: eloqui: meminisse: & pronunciare. Item rursus

secundũ precepta rhetoricæ exordiri:narrare:diuidere: con
firmare:cõfutare atque cõcludere:hoc est benedicere. Adde
si uis ét uirtutes morales idest dicere iusta:fortia:temperata:
& reliqua. Nihil ĩpedio:imo ita est necesse. Hoc igitur est be-
nedicere secundum uirtutes rhetoricæ artis dicere. Persu
asio auté é duplex:actiua uidelicet & passiua:actiua pro nũc
nihil differt ab ipso dicere. Est operatio ĩ ipso agéte ut ipsum
dicere. Passiua auté est fides facta ĩ intellectu auditoris ab
ipso oratore dicente. Nam dum dicit orator:generatur ĩtelle
ctuí auditorum fides quædam iusti:uel pulchri:aut utilis:eiꝰ
quod agit orator:id est secundum genus:in quo uersatur: cũ
tria sint genera causarum:deliberatiuum:iudiciale:demon-
stratiuum: & eorum aliud tendit ad iustum: aliud ad uti-
le:ad pulchrum aliud. Illa igitur fides auditori generata
est persuasio passiua. Passiua autem:quia est inpatiente hanc
quærit orator:hæc est cuius gratia rhetoricæ: unde mouetur
orator agens:& propter quam omnia ĩ rhetorica mouentur.
Finis enĩ mouet oẽs causas. Habetis iudices:quid é benedice
re:quid:& quotuplex persuasio. Véio ad tertiã suppositioné

Tertium præmissum

q Voniã quæstio est de fine:declarandus est mihi finis:
Qui:quotuplex:& quomodo unicuiq; artiĩsit. Quod
ut fiat:sunt quedã paucula aliq̃to altius mihi repeten
da. Oĩs practica ars inuéta é propter aliquid. absurdum stul-
tum ue est dicere ĩuentam artem propter nihil. Illud aliquid
igitur:quod cunque sit:est finis ultimus eius artis. Nam pro
pter illud & ars ipsa est inuenta:& omnia quæ fiunt in ea arte
gratia eius fiunt. Puta:medicina:quia homo est animal æ-
grotabile & sanabile:inuenta est ars medicina: quæ étem sa
nitatem homini conseruaret:& repararet lapsam. Ergo in me
dicina finis cuius gratia est sanitas nam propter eam ars me-
dicina est inuenta: & omnia fiunt in ea arte. Quod de medi

cina dicitur:intelligẽdum est de omni practica arte.Sed quia quicunque mouetur per aliquam artem : mouetur ad acquirendum ultimum finem eius artis in qua mouetur.Sed illud ultimum non acquiritur in mediate : Sed aliquibus mediis: illa media igitur sunt finis quo id est quo ultimus acquiritur Et eorum mediorum sunt precepta in ea arte. Nam si media sunt recta : itur ad cuiꝰ gratia:Sin autem obliqua:itur alio:nam ad signũ una est linea.Puta in medicina: benemedicare finis medius est.In remilitari bene bellare : In rhetorica autem benedicere:& de reliquis.Sed hi medii fines non sunt propter se:Sunt enim propter ultimum cuius gratia. Habetis iudices tertiũ præmissum.i.quid:& quotuplex sit finis:& quomõ cuique arti tributus.Venio nũc ad ultimũ præmissũ:

Vltimum præmissum

q Vintilianum intelligere de fine ultimo non de medio ut quidam uolunt:cum dicit rhetoricæ finem esse benedicere:Quod monstro sic.Marcus.T. cicero primo rhetoricorum scribit benedicere esse finem medium:Quod appellat officium.Fabius.Q.si de medio fine intellixisset:nõ disputasset de fine contra.M.ciceronem:Non enim opus fuisset nam inter concordes opinione nõ est disputatio.Disputasse autem libro secundo institutionum oratoriarum omnibꝰ liquet:Ergo de fine ultimo non medio. Præterea persuasionem esse finem ultimũ Marci ciceronis non negant aduersarii:neque si negare uellent:possent.Extant enim uerba ciceronis primo rhetoricorum.Sed Quintilianus dirigit sua argumenta contra persuasionem:quibus eam destruit:& loco eiꝰ statuit benedicere.hoc modo. Persuasio non est finis : sed benedicere.Nam meretrices persuadent : non autem benedicunt.Orator itẽ non semper parsuadet: Sed semper benedicit. Persuasio subiicitur fortunæ : benedicere autem minus. Ergo Quintilianum intellexisse de fine ultimo : nulli dubiũ.

Præterea libro secundo institutionum oratoriarum capi-
te de fine:& capite de uniuersali artium diuisione clarum ē
Quítilianum uelle ultimum rhetoricæ esse benedicere. SAN
CTO. Si Quintilianus rogaretur quæ sunt primi suppositi
utile:iustũ:pulchrum rhetoricæ fines:essét ne hæc persuasibi
lia. responderet esse necessario. Ergo necesse esset ei fateri :ad
hæc benedicere : esse quoddam mediũ. Id etiam confirmat
descriptio ipsius benedicere:quod nihil alud ē nisi operatio
quedam:& syllogisticus discursus secũdum precepta rheto
ricæ artis. Et operatio non ē propter se:Ergo non ultimum.
HIE. Recte iquis Sãctore. Sed illud etiã aniaduertit:quod
in practicis de duplici fine:quo & cuius gratia dixerit : & de
duplici persuasione actiua uidelicet & passiua peracute & ca
stigate:atque ad rem conuenienter. ANTO. Hoc etiam nõ
esse negligendum:quibus rationibus eiecerit eorum opinio
nem:qui dicerent Quintilianum inteellexisse de fine medio
quum diceret benedicere esse finem. Sed accipite:ubi omnis
uictoriæ spes consistit : confirmationem . hac enim secunda
parte iudicibus promiserat argumenta. Ita enim inquit:

Secunda pars diuisionis:confirmatio.

s olutis præmissis Iudices: quibꝯ multa subterfugia sũt
aduersariis clausa: Venio nunc ad secundam partem:
ubi promiserã me daturum uobis duo argumẽta:qui
bus duceretur Quintilianus ad impossibile. Duæ sunt radi
ces:& uiæ:quibus hæc ueritas potest per facile patere. Pri-
ma ex ratione & natura finis. Ex ratione & natura rhetori
cæ altera. Cui horum natura ; ut sit ultimum congruit: Illud
est ultimum. Sed primum agemus ex retione finis: deinde
rhetoricæ : ex fine sic. A diffinitione ad diffinitum ualet ar
gumentum. Nam diffinitio:& diffinitum conuertuntur.

Arguo igitur sic. ubi non est definitio ultimi: impossibile est ibi esse ultimum. Sed in benedicere non est definitio ultimi: ergo impossibile est ibi eē ultimum. Maior patet: minor probatur: Definiēdo ultimum. Aristotiles quarto methaphisicæ. ultimum: cuius gratia est primum in intentione agentis ultimum in executione: est propter se: omnia propter eum: & in eo cessat motus. Nihil horum est in benedicere: & omnia sunt in persuasione passiua: id est uictoria causæ: Nam persuasio & uictoria nunc idem sint. Primum enim in intētione oratoris est uictoria causæ: persuasio: & inde mouetur orator ad benedicendum. uictoria causæ est propter se: benedicere & omnia propter eam: In uictoria causæ cessat motus non ĩ benedicēdo: quod declaro sic. In una causa millies benedicet orator: & nō cessat motus: reuertet. n. ad dicendū. Sed semel acquisita uictoria: cessat ĩ ea cá motꝰ: nō it áplíꝰ ad dicēdū. Ergo si in benedicere non est diffinicio ultimi cuiusgratia: ĩpossibile est esse ultimum & persuasionem: ubi est cuius gratia definitio non esse. Præterea: Aristotiles tertio ethicorum inquit: practicam artem præsupponere sibi finem ultimum: & uersari circa media. id est de mediis differere. Vt medicina: præsupponens sibi sanitatem docet bene medicare: & circa id uersatur. Sed rhetorica differit de benedicēdo: & circa id uersatur: Ergo benedicere est medium non ultimum.

Secūdū argumentum ex ratione rhetoricæ.

h Abetis iudices Fabium Quintilianum: uti reor: actū ad impossibile ex ratione finis. Accipite nunc eādem ĩpossibilitatem ex ratione rhetoricæ hoc modo: Teste Aristile quinto ethicorum: ars ad alterum esse intelligitur: quæ non potest operari ultimum bonum suum sine altero: indiget necessario altero: id est paciente: ut medicina indiget ægroto: quem sanet. Res militaris hoste:

quem uincat: Iustitia indiget accipiente: cui distribuat ius: atque ministret. liberalitas autem accipiente munus: dat enim liberalis accipienti: non spargit humi: Hoc modo est uirtus ad alterũ: Hæc igitur quum ita sint. arguo sic. Omnis ars ad alterum habet ultimum bonum suum: id est cuius gratia in altero patiente: ut medicina habet sanitatem in ægroto. Res militaris uictoriam in uicto: iustitia & liberalitas ius & munus in accipiente. Igitur quicquid est in ipso agente: in arte ad alterum: non est ultimum: puta bene medicare: pugnare: bene distribuere: & dare: sunt enim hæc media: & operationes agentis ad ultimum: quod est in altero: patiente. Sed cum rhetorica sit ars ad alterum: habet ultimum bonum suum in altero in auditore. Benedicere est in agente ipso oratore: persuasio autem passiua in patiente ipso auditore: Ergo impossibile est ex ratione & natura rhetoricæ benedicere esse ultimum: & persuasionem non esse. Maior patet inductiue: id est quod ars ad alterum habet ultimũ bonum in altero patiente. Minor id est rhetoricam esse ad alterum probatur. Rhetoricam artem dicendarum causarum esse: cuasæ teste aristotile rhetoricorum primo dicuntur alteri: id est auditori: ergo rhetorica est ad alterum: auditorem. Ita arguendo Matthæus secundam quæstionis partẽ absoluit Sed q̃lia uobis hæc argumẽta uidentur? SANCTO. Meo iudicio neutrũ rhetoricum argumentum: Sed utrunque ex necessariis demonstratiuum est: Sylogismus alterum: alterum inductio. Sed audiamus quid sentiat noster doctissimus hieronimus. HIE. Ego sanctore: primũ quod me tanti facias: ago habeoque tibi gratias inmortales. Deinde confirmato iam rhetoricã iter practicas: & reales: artes cẽ his demonstrationibus: ut uere dicis: fateor ductum Quintilianum ad impossibile. Neque iudicio meo aristotiles si surgeret posset eum inde redimere: nisi nouam rerum neturæ philosopiam introduceret: & sibiipsi contradiceret:

Sed sequere Antonine:te rogamus.qui & re:& magna tua facundia nos summopere delectas. Incipe tertiam quæstionis partem:& confuta Quintiliani argumenta.

Tertia pars diuisiõis confutatio.

NTO. Habetis iudices: inquit matthæus secundam
a partem quæstionis:ubi ni fallor ductus est Quitilianus:tum ratione finis:tum natura rhetoricæ ad impossibile. Venio nunc ad tertiam & ultimãm quæstionis partẽ: ubi promiseram confutare Quintiliani argumenta. Et hæc sunt. Primum:meretrices inquit Quintilianus persuadẽt non benedicunt:ergo persuasio non est finis: sed benedicere. Sed componamus nos id argumẽtum:ut clarius pateat. Cuique arti finis debet esse proprius:non communis.Sed persuasio est communis oratori cum meretricæ.& multis aliis. Benedicere autem est soli oratori:ergo benedicere est finis non persuasio. Respondeo distinguendo.Meretrix persuadet aut rhetorice:aut nõ. Si rhetorice:habemus quod quærimus Nam prisco tempore fœminæ quoque agebant causas. Casurnia prima:nimia sua loquacitate:dedit causã edicti ut de in fœminis causas agere non liceret.Sin autẽ aliter persuadet q̃ oratorie:uti intellexit Fabius Quintilianus:tunc eius argumentum peccat:caditque falacia æquiuocationis. Conueniunt hæ persuasiones nomine tãtum:nihil autem re: nam lõge alia est oratoria persuasio a meretricia. Nã orator mouet primum intellectum auditoris secundum uirtutes: & rectas rationes:persuadendo iusta:utilia:aut pulchra. Hæc sũt triũ generum causarum fines. Circa hæc rhetorica & orator semper uersatur. Sed meretrix ut meretrix ẽ: persuadet illis semper contraria:iniusta.inutilia: atque turpia. Et primum mouet appetitum auditoris contradicente intellectu.Quod mõstro sic. Illectus obiecto delectabili appetitus auditoris & uolens ingredi cubiculum meretricis: circumspcit: an uideatur: si uidetur: non ingreditur.

Vnde igitur est illud:nisi iudicio intellectus contradicentis: bonis auté operationibus non ueremur:sed malis: Ergo hæ persuasiones: id est oratoria & meretricia differunt re:& sic cadit falacia æquiuocacionis argumentum Quintiliani;

Secundum argumentum

s Oluto primo arguméto iudices: uenio ad alterũ. hic omné spem locarunt aduersarii. Orator inquit Quintianus non semper persuadet:Sed semper benedicit: Ergo benedicere:non persuasio est finis. Sed nos componamus ut superius:id etiam argumentum:quo clarius nostra confutatio pateat. Omnis ars per tertiam suppositionem inuéta est propter aliquem finem. finis igitur debet esse illi arti attingibilis. ille qui non attingitur:nõé illi arti finis. frustratur enĩ agentem:ut si quis dederit precepta tangendi cælum digito: Eius modi est rhetorica persuasio: Nam orator non semper persuadet:sed semper benedicit. Ergo benedicere est rhetoricæ finis: Non autem persuasio. Respondeo apparés argumentum id esse:nam finis in practicis extrinsecus est:& semper dubius acquisitu. Nam medicus non semper sanat. Neque bellator semper uincit:neque economicus semper lucratur:ergo sanitas:uictoria lucrum:non sunt fines? Errat Quintiliauns haud parum. Sufficit enim prima intentio ad costitutionem finis in re tamen:quæ sæpius attigitur. Sed si diceret Fabius Quintilianus: orator nunquam persuadet: Concluderet eius argumentum si nunquam persuaderet. Sed id esset falsum:persuadet enim sæpe. Præterea: petit Fabius Quintilianus impossibilia:quum uelit oratorem sẽper persuadere. Imo ita est necesse: ut orator non semper persuadeat: neque medicus séper sanet. Et de reliquis practicis Quod monstro sic. Ait aristotiles methaphisicæ quarto tria esse genera entium. Primum eorum: quæ fiunt:ut semper: ut motus cælorum. Generationes: Corruptiones: & æterna.

Secudũ eorum:quæ fiũt raro. Hæc sũt fortuita: ut fodere terram quo plantes arborem:iuenis thæsaurum. Est hoc de raro contingentibus. Tertium eorum est:quæ neque sẽper:neq; raro:sed ut in pluribus fiunt. Sunt enim hæc humanarnm operationum fines:ut lucrari:sanare:uincere:persuadere:& reliq̃ Ergo ita est necesse:ut non semper persuadeat orator. Est enĩ id tertii generis entiũ:non primi:ut uult Quintilianus. Quæsiuit sane impossibilia. Ac si diceret: Volo homiem esse asinũ quod ẽ unius speciei:uoluit esse alterius.

Tertium argumentum

u Enio nunc iudices ad nouissimum argumentum:& totius quæstionis calcem. Persuasio inquit Quintilianꝰ subiicitur fortunæ:benedicere autem minus: ergo benedicere est finis:non persuasio. Sed persuasionem Quintilianus intelligit subiici fortunæ:propterea quod ea est ĩ auditore extrĩsecus:qui ut sit omnibus rebus bene dispositus nobis ĩdigemus fauore fortunæ. Sed benedicere est ĩ nostra potestate:Est enim nostrum:ergo ĩ eo non ĩdigemus fauore fortunæ. propterea id nõ fortunæ subiicitur. Ita ĩtelligit Quintilianus subiici fortunæ. Respondeo. Primum: si hæc ratio esset idonea tollendi finis:nulla practica ars haberet finem. Nã omnes artes subiiciũtur fotunæ. Medicina:ut obediret ægrotus:& ne rueret:aut ureretur Cubiculũ:anteq̃ sanaretur. Res militaris etiam subiicitur proditionibus. Mercatura fluctibꝰ maris:& igni. Agricultura grandini:igni:bello:& multis aliis Denique omnium artium practicarum finis incertus acquisitu est:& fortunæ subiectus. Est enim non ex necesariis ut diximus. Item ipsum etiam dicere subiicitur fortũæ cõtra opinionem Quintiliani. Posset enim orator:dum diceret calefacto cerebro aliquo malo influxu:& apertis poris impediri fluenti catarro:& desiere dicere. Ergo ĩpossibilia quæsiuit. F. Quĩlianꝰ. Versãur sane ĩter cõtigentia possibilia aliter se habere.

Quæstionis conclusio

d Iuisimus iudices omnem causam in partes tris. In prima quatuor præmisimus. primum rhetoricam arté esse practicam ratione & auctoritate. Secundum benedicere esse dicere secundum uirtutes artis. & persuasionem esse duplicem actiuam & passiuam. Passiuam autem eé fidé in itellectu auditoris:& eam esse rhetoricæ finem cuius gratia Tertiũ fines rhetoricæ:& cuius uis fere practicæ artis esse duos intrinsecus:& extrinsecus:idest quo:& cuius gratia. Quartum quintilianum benedicere esse cuiusgratia rethoricæ uoluisse. In parte secunda duo dedimus argumenta:alterũ ex ratione finis a definitione ad definitum. A ratione rhetoricæ alterum in ductiue ex artibus: quæ essent ad alterum. In tertia parte:ubi cōfutauimus Quintiliani argumenta:primũ aliam esse persuasionem meretricis:aliam oratoriam. Conuenire has persuasiones nomine tantum:non autem re:Item secundo:nō semper persuadere oratoré necesse esse. Postremo omnem practicam artem subiici fortunæ.

Finis quæstionis. Quorũdé Quītilianistarum argumenta.

n Vnc Iudices si duo duorũ hac tempestate magnorũ uirorũ argumenta dixero:faciam finé dicendi. Quos quia noluerũt scribere:nescio qua ratiōe moti:sciát ipsi:non ausim eos nominare. Horum alter ita in me arguit. Omne quod est propter se est ultimum:Sed ut stoici uolunt: uirtutes sunt propter se:Benedicere autem est uirtus: ergo secũdum stoicos:benedicere est propter se: & sic ultimum rhetoricæ. Respondeo:primum negando:benedicere esse uirtuté: Sed esse operationem secundum uirtutem. Virtus: & secundum eam operatio multum differunt. Præterea:uideamus Quid uelint stoici:quum dicunt uirtutes esse propter se: Differũt tum stoici de felicitaté:Felicitatem auté esse ultimũ hoīs uoluerũt philosophi oēs:Sed ubi ea cōsisteret: uariæ fuerũt. Alii i bonis fortunæ. Alii i uoluptate:i bonis corporis alii:

Peripathetici i intellectu: idest scire. Stoici aūt in uirtute hoc modo. Cū hō fecerit habitus uirtutum: idest habitum prudē tiæ: fortitudinis: iustitiæ: & reliquarum tam moralium: q̄ in- tectualium: quum hæc tantum duo sint uirtutū genera: tunc contingere eum esse felicem. Sic intellexerunt stoici uirtutes esse propter se: quia i his cōsisteret felicitas finis ultimus hom nis: Sed rogo: cur stoici quærāt uirtutum habitus: nisi ut ope- rentur secundum illos? nulli dubium. Item quæro rursus: u- trum stoici facti felices uelint uiuere: an non? Si uiuere: unde igitur uiuent: nisi ex inuentis artibus? Alius medicus. Miles alius: & alius orator: Agricultor economicus alius: alius deni que rex. hic dum de regno consultat: tendit ad regni utile: an non? Stoicus medicus dum medicat: An ad sanitatem? Sto icus imperator pugnans pro patria: an tendat ad uictoriam? & agricultor dum arat terram: an ad colectionem fructuum unde se & familiam alat: an non? Ridiculum operari secun- dum habitus uirtutum: non ad finem cuius gratia. Ergo ubi stoici dicunt: uirtutes esse propter se ad inueniendam felicita tem dicunt in uirtute esse sistendum: non procedendum ul- terius. Constāt itaque inter sese hæc: Virtutes esse propter se & operationes secundum eas tendere ad finem cuiusgratia. Imo ita est necesse. Nemo est omnium: qui magis respuat ua cuam operationem: idest sine fine: q̄ is qui ponit felicitatem i uirtute

Secundum argumentum.

u Enio iudices ad alterum. Is multa argumenta rimat9 est: quibus tutaretur Fabium Quntiliannm: Tamen rimādo cōsulendo. Visa uniuscuiusq; argumēti ifirmi tate deleuit oīa. Tādē longo tēpore post uisus ē iuenisse quod opinaretur firmū: iquiēs: ut Terē. simo. Vix tādē stolid9 fēsi. Quod is iuēit: hoc ē. Differētia iquit ē iter rhetorē & oratorē:

Rhetor est:qui rhetoricam docet. Orator uero qui secũdum eam agit causas:ergo benedicere ẽ ultimum rhetoris:oratoris autem persuasio. Hoc postremum iuenit. hic fixit arma.

Respõdeo hanc rationem nullam esse. nec mirum:nã quomodo:undeque simpliciter grammaticus itelliget rationem causarum? Primum omnium hæc ratio non modo nõ defendit Quintilianum:uerũ etiam damnat:& adiuuat nostras rationes. Nam Quitilianus itelligit:& loquitur de fine oratoris i actione causæ:& non rhetoris. Hoc palam ex eius uerbis libro secundo de fine. Præterea:ars secundum diuersa ubi: non uariat finem. Medicina habet semper finem sanitatem: & apud medicum docentem: & apud medicum execentem: atque sanantem. Nam cur medicus docet:& discũt futuri medici discipuli medicinam:nisi ut sanent? nulli dubiũ. Præterea:iudices demus hæc omnia. Quid dicit aduersarius. benedicere eẽ rhetoris ultimũ finẽ. Mõstro:hoc ex ratione & natura ultimi:esse ipossibile. Quicunque agens mouetur: mouetur ad acquirendũ finem ultimũ hoc palã cur igitur moueretur? Et nẽo mouetur ad acquirẽdũ id quod habet:sed quod non habet. Sed rhetor habet benedicere: imo uendit discentibus:& docet:non ipse acquirit. Et de natura finis ultimi est ut acquiratur ab agente. Rhetor autem dat:non acquirit: ut dixi:ergo ex ratione ultimi benedicere rhetoris ultimum eẽ impossibile est. Magis coueniret dicere: benedicere esse ultimum discipulorum discentium illud: q̃ Rhetoris docentis. Sed tamen hoc etiam est falsum. Nam discunt propter persuasionem cuius gratia.

Tertium argumentum

q Vidã diuidũt rhetoricã dicẽtes. Rhetoricã alteram eẽ simplicem:alteram: ut eorũ uerbis utar: applicatam. Simplicem eandẽ: quæ est dialectica esse:quæ cõficit syllogismos:entimema:& exemplũ:huic finẽ eẽ benedicere.

Applicatam uero esse: quando illa pars diialectica: quæ conficit syllogismos: coniungitur morali sciẽtiæ: & sic ambæ partes iunctæ constituunt rhetoricã: quæ applicata dicitur. Hæc quia agit causas habet finem persuasionem: & dicunt ita uelle Aristotilem primo rhetoricorum. Respondeo: primũ si concederem: duplicem esse rhetoricam: ut dicunt. hi tamen non modo non defenderent fabium Quintilianum: sed accusarent mecum. Nam Quintilianus dat finem benedicere applicatæ rhetoricæ nõ simplici. loquitur enim de rhetorica & oratore agẽte causam. Sed non concedo illam: quam isti non intelligẽtes Aristotilem: faciunt distinctionem: uidelicet: rhetoricam alteram esse simplicem: alteram applicatam: qnod monstro sic. Rhetorica teste Aristotile primo rhetoricorum ex dialectica: ũde entimematice: & exemplariter syllogiszat diciturque rationalis: & ex morali scientia: unde tendit ad opus: & est practica instituitur. fateor: Tamen neutra pars separata est rhetorica: sed ambæ coniunctæ. Pars dialectica est dialectica: nam entimema & exẽplũ dialecticæ sũt. Et pars moralis separata non est rhetorica: sed ãbæ partes coniũctæ constituũt rhetoricam: quæ alia ars est ab ambabus. Ita uult Aristotiles primo rhetoricorum: qui reprehendens priscos: non recte scripsisse rhetoricam: accipit eam ingenitam: & de nuo gignit ipse componens ex dialectica & morali. Primũq; disputat de parte dialectica: postea applicat illam morali sciẽtiæ: & sic applicatam dat rhetoricam genitam. Hoc modo primo rhetoricorum apud Aristotilẽ. Rhetorica primũ: dũ disputat de prima parte: est in fieri: deinde applicata morali est in facto esse. Hæc non intelligentes arguunt me aduersarii & falso attestãtur Aristotilem Ita differendo Matthæus supra quam dici possit magno silẽtio & omnium attẽtione finẽ dicendi fecit. HIERONYMVS. Non iniuria maguo silentio audiebatur Antonine. Dicebat enim me iudice magna. Vellẽ audire perlubẽter quib⁹ hæc ratioĩb⁹ cõfutarẽtur.

Quis negare posset: cũ q̃ optime cognouisse: apparẽtiã argumentorũ Fabii. Q. fallaciam æquiuocationis ĩ primo. In secũdo autẽ & tertio: necessariorũ & contingentiũ differentiã. Impossibilia sane uoluit Fabius Quintilianus. Quod ẽ cõtingens: eẽ necessariũ: & quod ẽ sub fortuna: nõ eẽ. SAN. Quid illud? q̃ ĩcredibili acumine reliqua illa argumẽta dissoluerit: Videlicet de stoica sẽtentia: de rhetoris fine: & duplici rhetorica. Quãq; etiã breuiter illa cõclusione auditorũ memoriæ omnẽ quæstionẽ reuocans per capita omnia collegerit. HIE. His profecto duobus opusculis: hoc de fine: de ciuilitate & rhetoricæ genere altero: utrisq; & si scriptura: nõ tamẽ uirtute breuibus: si bene animaduertius: quæ spes aliorũ eius scriptorũ nobis sit: per facile claret. Stupeo. n. quũ inuẽtionẽ: dispositionẽ: elocutionẽq; horũ scriptorũ cõsidero. SAN. Propterea nemini mirũ: si magno liuore premitur: agitaturque. Magna uirtus: magna sẽper eius cões & hostis ĩuidia. AN. Recte ĩquitis ãbo. Igitur nõ ab re mæret Matthæus se uobis illo cõcessu caruisse: q̃do nũc sua: tũ laudãdo: tũ ĩterpretãdo reddideritis meliora. HIE. Benignitate tua hæc tu dicis Antonine: & ille mæreat: nos ue desiderarit sua. Non eni nos fugit: quot & quos auditores habuerit. In oĩ facultate liberali q; arte: & innumeros: & primos omniũ: qui ac tẽpestate sint ĩ italia: rhetores: Dialecticos: phisicosq;: medicos: atq; theologos: & oẽs: quẽq; sua arte magno stipẽdio florentissimo urbis patauæ studio ĩterpretes. ANTO. Nõ ausi ueritati aduersari: quod dicitis foliũ apollinis ẽ: tamẽ ĩ illis uos non inter postremos sedissetis. Satis est: uos ualete: ego me hinc domum.

Matthæus Colatius Siculus: Gaspari Tressino Aurato Equiti ac Comiti prestantissimo. S. D. P.

d OLEO cōtigisse ut ita hiero. laudarē. Sed q̃do sic eunt res humanæ: ut sit ī eis cuiq̃ nihil firmi: nihilo q; uitæ tutiores Iuuenes q̃ senes: & utrisq; incertus dies: forti aio feréda ē naturæ necessitas. Quid facias? Ita uiuitur. Colligas te ipsum & necessitati ut sapiété decet: pareas necesse ē. Talē te exigit uirtus tua. Nulla alia re q̃ uirtute & recto sēsu sapiēs differt: ab īsipiēte. Sapiēs quid poscat ī humāis necessitas cōsiderat. Insipiēs quid delectet. Propterea hic rebꝫ secūdis & aduersis uicitur. Ille oīa superat: ut cui īstabilitas fortūæ rerūq; uices sit sēper aīꝫ propositæ. Legimus Thesea sæpe cogitasse se fluctuare: anteq̃ fluctuaret: ut quū fluctuare cōtigisset ne fuisset sibi nouū fluctuare. Quisq; .n. ualet in eo quod sibi bonū proposuit. Sed de his satis: ne uidear uelle te fortissimū uirū patiētiā docere. Scio enī te optime oīum ītelligere quid rerū humanarū recta rō poscat. Vīdere ité habédā tibi rōnē tuorū domesticorū eē. Pédét eni ex te oés. mœrēt: si meres. Si spé ostēdis: discūt sapientiam uultu tuo. De his igitur satis. Veniā ad hieronimi laudem: si prius aperiam quæ ī ea texēda fuere mihi cōsiderāda.

e A fuere duo. Alterū quod huiusmōi epigrámata paucis uerbis multa ac magna sētétia grauidis gignenda sūt. Ita eorū: lex postulat. alterū quod pueri nisi ab idole & spe laudari possūt. Personarū enī laus: Vt plurimū circa actꝫ uersatur. Sed quid laude dignū potuit operari paucitate ānorū īfirmus puer? Laudamꝫ igitur & breuiter & ab indole atq; spe. Indoles āt ē ī puero q̄litas quedā: q̄ pronosticāur futurá eiꝫ uitá. Sed eá duobꝫ ex locis colligius. Altero ex eius corpusculi hītudine: Ex eiꝫ discipliabilitate altero: Et ex utroq; multis signis. Corporis bene compositi hæc eē signa. Magná memoriá: quod téperatiá partis aīalis. i. uētriculorū cerebri arguit. Naturæ item uiuacitatem: quod arguit calidita tem cordis. atque prædominantem coleram: quæ ad animi perspicatiam: operationes: & gloriæ cupiditaté pōt plurimū

Lĩguæ ſiccã uolubilitatem uerbaq; celeria & expedita:quod
lĩguæ cõplexionatos neruiculos & temperatũ lacunar. So-
noram & dulcẽ uocẽ:quod ſignat latas & expeditas humido
artheriaſ. Fortia latera:quod utrãq; corporis partẽ & natura
lẽ & ſpiritualẽ ſãna ualidãq; oſtẽdit. Molles tactu ut uult
Ariſtotiles carnes. Diſciplinabilitatis ãt Signa hæc eẽ. Au
diẽdi uaria ĩſaciabilẽ cupiditatẽ: In audiẽdo delectationẽ at
q; cõſtãtiam. Rerũ auditarũ narrationẽ aliis:unde pueroſ
fabularũ ſociis recitatores magnæ ſpei eloquẽtiæ eẽ Obe
diẽtiã & cũ obiurgãtur pudorẽ:Nã cũ nihil pudet:aut obedi
unt actũ ẽ:Sũt eni e tertio genere pueri. Gloriæ cupiditatẽ
ũde laudati tollũtur:uicti lugẽt. Venuſtã q̃tũ puer põt ĩfa
ctis geſtibus & dictis imitationẽ:Vt pueri qui imitãdo deri
dẽt balbos:claudos:ĩeptos:& huiuſmõi. Ad oĩa deniq; uer
ſatile ĩgeniolũ. Hæc & his cõtraria ſũt cognoſcẽdæ bonæ
uel malæ ĩdolis ſigna. Hæc ſi puero eẽ uides: qualẽ futurũ eẽ
ſcis? Certe uirũ oĩbus rebus maximũ. Qualis fuit qui uis clariſ
ſimorũ priſcorũ: Si aparẽtibus nõ neglıgitur & idoneũ Sorti
tur præceptorẽ. Equidẽ poſſũ affirmare hæc oĩa ſigna habũ-
de hieronimo tuo notaſſe. Tria puerorũ genera eẽ Heſio
do cõfirmat Ari. Primi generis eẽ pueros qui ex ſeſe ſine mo
nitore. Secũdi qui ſi nõ ex ſe moniti tamẽ. Tertii qui neq; ex
ſe:neq; moniti uirtutũ hĩtus gignũt. Hieronymũ fortaſſe ex-
primo:Sed certe ex ſecundo genere fuiſſe. Hæc ſunt quæ fue
re mihi conſideranda:Laus autem hæc eſt.

Hieronymo Treſſino Gaſparis Treſſini Aurati
Equitis. F. Matthæus colacius.

Si multis ſignis pernotata Indoleſ nunq̃ fallit:Fuiſſes tu lĩgua
Cicero:Cato uita:fortitudine Cæſar:Si maturuiſſes.

.An.Sal.M.cccc.Lxxxx.

Etatis xi.

Cal:Mar:

Matthæus colatius ſiculus. Doctiſſimo uiro Antonio ſiculo artibus ſtudentium patauii Rectori digniſſimo. S. . D.

q Vantum iudiciolo meo colligere poſſum: Re or iuniores in omni arte: a maioribus degene raſſe. Pictoriam uero quam perſpectiuã dicũt eſſe nobis adhuc ĩtegram. Vinci nos: ĩ hac etiã ab illis: fateor. Sed numero ingenioſorum non ingenio. Habuere maiores innumeros peritiſſimos hac arte. Hæc uero ætas uix habet pauciſſimos. Habet quos norim Antonellum ſiculum cuius pictura uenetiis ĩ diui caſſiani æde magne eſt intuenti admirationi. Belinos uenetos quorũ excellentiſſimis operibus perſæpe delector. Andream man tegnam patauum. Multo opere clarum. Habet item ſtatuari os Petrum lombardum & patrio artificio ſurgentes filios: Antonium riccium ueronenſem ſtatua & archytectura clariſ ſimos. Bellanum item patauum Auſim hos omnis uetuſtati fortaſſe conferre. Quomodo uerius his illi potuiſſent naturã imitari non facile intelligo. Sed de his omnibus & aliis eiuſ modi alias: debeo enim ubicunque ſit uirtuti. Nunc eorum ingenia laudabius qui patauii diui Antoni æde ſubſellia quæ eorum dicunt conſtruxere. Superioribus diebus imagines il las intuẽs eximio earum artificio obſtupui. Nec quiui me cõ tiere: ne uti: poſſẽ: illos laudarẽ. Scis enim pictores fictoresq; a maioribus factos eſſe plurimi. Id docent tum græcorũ. tum latinorum ſcripta: Quibus egregiæ eorum laudes continen tur. Quod: quicquid ẽ: laudis fretus peritia beniuolentiaq; item in me tua: ad te do: Vſurus grauiſſimo iuditio tuo: quo ſi cenſes edendum id caſtiges. Sin autem minus laceres.

Vale.

Matthæus siculꝰ Christophoro & Laurētio fratribꝰ ac petro Antonio Laurētii genero patauis Italis parrhasiis. Italis phidiis. Italis apellibus. .S. P. D.

d

Iuturna cura docendi uenetiis tandē liberatus relaxādi animi gratia ī balneas proficiscor. Vrbem patauiū ingressus cœpi ut cupidi uidendarū rerū solent: per urbem uagari Inuenio cā optimo situ pulcherrimo tutissimoque sedētē. Soli amplitudine. Triplici muro. Ter fluuio circunfuso. Portis Templis. Arce: Curia causarum foro. Foro item frumentario uinario lignario boario. Viarum stratis. Priuatis ædibus: Ortis. Riuis interfusis. Multis deniq; rebus: haud mediocri laude dignam. Sed de urbe nunc satis. Non enim ea sum motus ad scribendū. Redeo ad institutū. Phama diui Antoni ædis illectus: eo celeri gradu me cōfero. Ingressus lustro: per ædē: singula. Sine tamen admiratione: Video eni magna: Sed quæ sūt copiarū nō uirtutis. Venio tandē ad fratrū subsellia: quæ chorum dicunt: clarissimū opus uestrū. Hic primū sisto gradus Eleuo hic illico inhians supercilia. Fio hic nimia admiratione fere stupidus: ut qui quicq̄ igeniosius nunq̄ uideri. Videntur illa mihi uera omnia. Nō possum cito credere ficta esse. Accedo proprius. Duco per oīa manū. Regressus deinde circueo gradatim ītuens diligentissime singula.

Videntur mihi libri: ut a re magis nota quottidieq; uisa īcipiam: ueris ueriores. Alius super aliū: ut casu incuriaue fieri solet: nō æquati. Alius item clausus: Noua cōpagiatura: Alius cludi nō posse: ut uarietate magis uestrū eluceret ingeniū.

Candele cæreæ albis filo uerticibus: in ligneis teretibus que uasculis. Alia recta. Alia inclinata. Alia alia inclinatior. Inter eas alia transuersa. Omnes incomposito ordine interse hærentes: ut suapte natura: ubi nō sūt frequētes. fieri solet.

Vidētur item nouorum caminorum uertices fumo nigresce re. Ex uasis cumulo persica poma labi.

Angustia cellule cithara media foras extare.

Cauea illa uirgea miro ē artificio cōtexta. Circulo ligneo pulcherrime eius medio & extremis circunducto: Eiq; filis æneis colore: quantitate: conuexa forma intertextis: Vertice in angustum iunctis: Ligneæque testudini ifixis. Foris cornu æneo filo cinttum: Intus escæ uasculum & purpureus orbiculus i ludum auis pendet: Ibi discolor auis uiuat nec ne: dubios homines tenet.

Aeds. templa. cum campanis turres. Fornicum fenestrarū que umbris. Testudinibus. Surgentibus item gradibus. cum etiam inclinatis foribus uacua uideri.

Montibus item uestris cum hærbis Sparsis lapidibus. Alicubi discolore terra. Hærba alicubi non uestita: ut ueri uideantur: nihil adimi nihil adi potest. Quadrata superfitie æ dē uideri axtare: inq; aspicientē transuersam fores ostendere in longūque porrigi. Sed quid de uultibus illorū sācto rū dicā? Quid de impexa flexuosāque barba? Quid de manib & articulis digitorū ūguibusue? Quid de bucca & illis eius dentibus? Quid de eorū palliis. Retortis plicis & ūbris? Videntur omnia ueriora pulchiriora que ueris.

Orbiculi illi albi in coronā circuntexti: sub mento diui perdocimi fuere mihi delectationi non parue.

Sed illis: circa angelum gabrielem piissimā q; matrem: cum frōdibus fructibus q; ramis: natura ueriores. Colore. Forma. Quātitate nō producit. Sed illud mirū: quod his ramis: folia lāguēt ut illis qui hesterno die sint ab arbore matre succisi.

Quis scānellū illud: primo gradu subter miserātissimā matrē planum quadratum. inq; aspicientem porrectum. pedibusue suffultum negaret?

Lignea uascula: in plana superficie: rotūda spherica q; forma uideri.

Quisillud super calicem sericum: colore: raritate tex-turæ: purpureis lineis: & circa eas angustioribus pluribus ue nigris itertextis: Plicis. pédétibus iæqualiter capitibus: di-scoloribus diuersa facie uidédi: satis admirari posset?

Nec aliter uerũ filũ: q̃ uestrum: paruis flexibus: neque ueriore umbra ex archa sæpe pendere uidemus.

Gallia æris cudendi ducendique dedala: ueriora candela bra uestris: in italiam nunquam misit.

Quis unquã crederet: circularem planamque superficié: quantum os calicis est: seu paululo plus: totum calicem in lon gũ iacentem: & ipsum concauum uideri posse?

Planã poliédi ligni istrũentũ: per ulnã fere uideri asurgété ex armarii loculo extare: magnæ mihi admirationini fuisse.

Illo incendendi thuris argenteo uasculo: quod uulgo thu ribulum dicunt: uerius mollius ue: cũ argéteis nodis: Argéta rius faber excuderet duceretq; néo. Citharis ité uestris distinctis asserum cõpagibus: Testudie eleuata: Reflexis col lis: Ligneis tésoribus chordarũ: cũ ipsis chordis: ueriores pul chrioresq; iacere nunq̃ uidi. Sed idumentũ illud lineũ ãgeli gabrielis: Rara textura: lineæ talæ colore: plicis: plicarũ ũbris: lineãentis deniq; oibus. Quæ més. Quod igenium. Cu ius eloquentia laudando satis admirari posset?

s Ed quid uerbis cõtero tépus. Non eni sũ potis uestro atifitio uerba æquare. Vincimur arte uestra. Facilius uerіusq; imitamini uos figédo naturã: q̃ quius nos uer bis exprimere. Facilius uos quidé re facicis q̃ eloquétissius quisq; dicere uerbis põt. Agimus tibi gratias imortalis de us: quod huic dederis ætati: quibus in hac arte: cũ oi ãtiquita tate certemus. Vobis fictoribus nõ horremus parrhasios. Nõ phidias. Nõ apelles. Prodeãt i mediũ si uelint Olympia des oés cũ suis fictoribꝰ atq; pictoribꝰ. Olympias. iii. & octua gesima: cũ Calcamene. critia. ægla. Octuagesia septima cũ Agelade. Gallone. Polycreto. Gorgia. Lacone. Myrone. Py-

thagora.Scopa.Pelio. Arrigio. Asopodoro. Alexi. Aristide Phœmone. Antenodoro. Clemea. Clitoro.
Nonagesima. V. cũ naucide. Dinone. Patroclo Centesima. ii. cũ Polide. Cephysodoro. Lemare. Ippodoro. Cẽtesima. i i i i. cũ prasitele. Euphranore. Cẽtesima. vii. cũ Eciotro. Imacho. Cẽtesima. xiiii. cũ Lysippo. Lysia. Tosio. Tone. Eufornide. Sostrato. Ione. Zeusiade. Cẽtesima. xx. Eutychide. Eutycrate Chepi. Sicroto. Timarcho. Pyrromache.

Cũ his oibus itaq; prodeãt. Afferant ẽt secum eorũ oium opera: nihil me iudice ueremur: omnibus uos conferre.
Pinxerint licet uuas: quæ tanta imagine neritatis aues ad se comedendũ: in scænã ubi erant picte: illexissent.
Pinxerint licet: lineæ telæ deorũ imagines: quæ meruerĩt sibi tabellas uetustate carieqne corrosas ter pluries ue mutari.
Finxerint licet: uiuos de marmore uultus.
Scripserit licet: de perspectiua libros: quibꝫ q̃titatũ: lineamentorũ. Vmbrarũ: colorũ ue: Geometicarũ proportio nũ. diuersarũ formarũ. mensurarũq;: sẽsibiliũ corporũ: elegã ter & egregie præcepta cõtierẽtur: quibꝫ dei posteri claruere.
Tãto igenio ualuerit licet: ut eorũ pleriq; artẽ sine doctore di dicerint claruerintq;: Nichil: dico: ueremur oĩbus uos cõferre Mõ adsint mathematici iudices: Qui optime rerũ naturas ac formas norint. Sed si necesse fiet: ut illis cedamus. Succũbe mus casu ac fortuna nõ ingenio. Quod hi platones. Aristoti- les. Alexãdros magnos. Marcos uarrões. Iulios. cæsares. M. Tulios cicerones: suarũ imaginũ cænsores & laudatores iue nere: Vos quidẽ i hæc tẽpora icidisse. Vbi uirtus fiat nihili. Vbi oĩa possideat auaritia: Vbi perpauci secreta excellẽtiãq; imaginũ uestrarũ ĩtelligũt. Et siqui sint: qui recte norit: minꝫ tamẽ illa mirãtur: Vt qbꝫ pecunia sit admiratiõi non uirtus: Hoc uos illi uicũt. Hoc uos ego miseror. Hoc uestrã deploro fortunã. Estis digni ut Augusti tẽporibꝫ fuissetis: ubi iuditio rũ excellẽtia: q̃ti qsq; erat: facillie noscebatur. Vbi suis mune

ribus igenia donabātur. Vbi uirtuti uulgo occurrebāt fautores Mecænates. Polionesq;.

Itaq; duo eximia illo uestro opere:itellexi. Alterū nō mino altero. Vtrunq; excellentissimū. Vtrū magis mirer nescio. Id ē:uos nō minus proprietates formas. Liniaméta. Mésuras. naturasq; rerū itelligere atq; fingitis. Et nō minus egregie figere q̄ itelligitis. Miri quidé estis naturæ:tū itelligédo:tū ét fingendo:iterpretes. Videtur illud opus:nō uestrū:sed naturæ. Habet umbras lōgiores breuiores ue:crassiores seu tenuiores:ut uniuscuiusq; rei sua natura postulat. Quod uix pīgi colore pōt:uos ligno fixistis. Hic uestrū apparet i geniū. Hic illa rerū natura cognitio:hoc sūma uos tollit laude. Hic phāæ imortalis spes. Hæc maxime admirātur excellēti igenio uiri.

Cōgratulor itaq; tibi liberius:& uere cōgratulor urbs pata uiū. Quod tāta igenia alis. Quod eorum arte ét clares. Tene hoc tātū muno. perfice:ne abeāt. Es eni & fuisti séper huius cemodi ingeniorum digna altrix. Quibus ubique gentium clares. Viuitur sine lege:ubi urbs patauium minus sit audita.

Clares patauiuum urbe. clares ciuitate: Clares & his in geniis. Clares etiam arte statuarii clarissimi horum affinis petri lombardi. Educit hic etiā uiuos de marmore uultus. Cuius statuas in diui iob æde pridie sum plurimū miratus. Sed de hoc alias longius: Debeo enim ubicunque siet:uirtuti.

Sed ut ad rem redeam: Quur ego rudi ineptoque calamo uestra tanta ingenia maculo. opus esset in ea laudando illo excellentis fluuio ciceronis. Qui grandi oratione grandem uirtutem assequaretur.

Indecet enim paruam eloquentiam grandem materiam aggredi. Sed non desiuit me uirtus uestra tacere. Saltem aperui aliis uiam. ut qui eloquantia ualent uos laudent plenius. Quod ut faciant oro: Cupio in hoc ab omnibus uinci: Modo donetur suo munere magna uirtus uestra.

Hoc libello hi tractatus continentur.

Impressum uenetiis per Bernardinum
de nouaria · M. cccc. Lxxxvi.